

B 76.

137.

Oswald Myconius¹⁾ an Vadian.

Zürich. 1518. October 30.

Bitte, für ihn im Leben des hl. Gallus einige Namen nachzuschlagen und ihre Schreibung ihm zu übermitteln. Entschuldigung der Kürze.

S(alutem). Brevibus accipe, quid velim. Scripsit Falco, consul Friburgensis, ad me superioribus^{a)} diebus. Et quod audivit, me commentarium parare in libellum Glareani nostri, monuit me ex nescio quo autore^{b)} loci cuiusdam, quem, si bene intelligo, Glareanus Doggiam, ipse Tuconiam appellat. Deinde fluminis meminit, cui nomen Ludimaco an Limagum dicat, mihi incertum. Scribit, hæc in vita divi Galli inveniri, quæ quod mihi deest, indagare nequeo. Rogo, in hac re tantum temporis suffureris tibi, an queas aliquid de iis locis reperire, mihi que perscribas. Cæterum Poetica tua a Ludovico Sprünlio ex Vienna transmissa est. Vale; id unicum nempe opto ex corde. Abitio tabellarii non sinit me diutius esse apud te. Vale iterum. Tiguri, tertio Kalendas Novembris, anno MDXVIII. Optant te salvum uxor mea et filiulus.

Myconius tuus.

Excellentissimo atque doctissimo viro Ioachimo Vadiano, me-

^{superioribus diebus} dico, poetæ et oratori clarissimo, amicissimo suo.

a) „superioribus“. — b) „autore“.

1) Vrgl. I, Brief 105.

I 136.

1518? Okt. 31. H. Vivomandus III 176 Nr. 41

138.

Oswald Myconius¹⁾ an Vadian.

Zürich. 1518. November 12.

Übersendung einer geographischen Schrift mit der Bitte um Durchsicht. Wohlwollen des Glareanus für Vadian.

S(alutem). Iam tempus est, Ioachime doctissime, ut commentariolo meo frena laxentur, ut prodeat in lucem (ita nanque (!) vult Glareanus, antea meus, nunc noster), postquam revisus est abs te et epigrammate commendatus. Brevibus igitur accipe, quid velim. Libellum transcurrito, si licet per otium^{a)}, totum, sin licet minus, perspice partium Helveticarum descriptionem; hanc nolo omittas; omitteres non sine malo meo. Nam topographicas depictiones non adeo multas hactenus vidi,

nisi scriptas pro tempore, ut apud Cæsarem et alios; quamobrem neminem habui, quem mihi proponerem. Quid autem erratum, quid bene scriptum sit, tu, quem nihil tale fugit, iudicare poteris exactissime. Vidisti Tigurum, Lucernam, Uriam etc. Rem et verba comparato, dein iudicium ferto non amici, minus adulatoris, sed iudicis severissimi; si quid enim hallucinatum, malo nasum tuum, hoc est hominis et doctissimi et amicissimi, quam inimici cuiuspiam. Me capis. Oro itaque te atque obsecro, horas tibi aliquot suffureris, ut amico consulas. Reliquum est, ut intelligas, quam omnia tua placeant Glareano, in primis autem iudicium de me tuum. Quod enim tibi placeo (id nempe ad eum scripseram), nemini displiciturum esse confidit, utpote cui nihil potest, quod non rectum est, arridere. Ita scripsit Glareanus. Lætatur item maximopere, quod toties tamque honorifice sit in Poëtica tua nominatus aliisque tuis lucubrationibus, quas Conradus noster ei exhibuit. Quantum in me est, oro deum, ut amicitia^{b)} literis vestris octepa^{c)} perpetuo^{d)} maneat. Me interim sinite vobis esse a pedibus. Vale felicissime atque amico obsequere. Tiguri, pridie Idus Novembris, anno MDXVIII.

Tuus Myconius.

Ioachimo Vadiano doctissimo, amico incomparabili.

Ad Sanctum Gallum.

a) „ocium“. — b) „amicicia“. — c) „occapta“. — d) „perpetuo“.

1) Vrgl. I, Brief 105.

1518 Dez. 17 J. Dantiscus VII, 11 Nr. 7
1518/19? P. Starninger III, 177 Nr. 42
" Ph. Melanchthon 139. VII, 12 Nr. 8

I 137.

Leonhard von Watt¹⁾ an Vadian.

St. Gallen. 1519. Januar 1. 31. Dez. Nat. II 82 Ann. 103

Schicksal der Briefe Vadians. Krankheits- und Todesfälle in St. Gallen.

Häusliche Vorkommnisse.

Gäben zu Sant Gallen uff den nüwen jars abett 1519.

Min guinstlich gruß befor. Lieber her dockter, wyssend uins alle frysch und gsund von den gnaden gotz; desglichen hörend wyr von uich und üwer husfrowen und allen, so üch lieb syntt, alz it gern. Lieber her dockter, die nechsten brief, so ir mir geschickt hand üwer und deß Hectorß han ich glesen, und den brief, den ir an Ecktorn darnach geschriben hand, han ich dem burgermaster Kromen in daß Rintal geschickt; der haut in gen Nürenberg mit im gnomen; wyr in Hectorß